

Joachim Heinrich Sibrand

Programma, Quo ad Exequias Funebres, Viro ... Domino Henr. Christiano Tielcken ... a Vidua Moestissima Paratas, Frequenti Præsentia Condecorandas, Amplissimæ Facultatis Philosophicæ Nomine, Officiose, Ac Sedulo Inuitat : [P. P. in Academia Rostochiensi, sub Sigillo Facultatis Philosophicæ, d. 26 Octobr. A. O. R. M. DCC XI.]

Rostock: Wepling, 1711

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774683856>


Druck Freier  Zugang




Sibrand, J. H.,

in H. C. Tielcke. *pa*

Rostoch. (1711.)





PROGRAMMA,

QUO

AD

EXEQUIAS FUNEBRES,

VIRO PRÆNOBILISSIMO, CONSUETISSIMO, AMPLISSIMO,
EXCELLENTISSIMOQUE

DOMINO

HENR. CHRISTIANO 

PHIL. ET U. J. D. SPTÆ THEOL. CANDIDATO, ELO-
QUENTIÆ PROF. PUBL. DUCAL. ORDIN. IN HAC
ROSARUM ALMA CELEBRATISSIMO,


à
VIDUA MOESTISSIMA

PARATAS,

FREQUENTI PRÆSENTIA CONDECORANDAS,

AMPLISSIMÆ FACULTATIS PHILO-
SOPHICÆ NOMINE,

OFFICIOSE, AC SEDULO INUITAT,

JOACHIMUS HENRI-
CUS 

PHILOSOPH. ET U. J. D. MORAL. PROF. PUBL.
ORDINAR. HODIE DECANUS.

RostochI, TYPIS JOH. WEPPLINGII, SEREN. PRINC. ET ACAD. TYPOGR.



Ffertur hodie Acade-

miae Orator publicus, Ordinarius, id quod fere quinquaginta annorum spatio haud euenit. Luget merito, & ex animo, Amplissimus Philosophorum Ordo, id quod per duodecim, & ultra annos haud factum, Collegam coniunctissimum, aestimatissimum, honoratissimum, de Facultate sua insigniter meritum. De-

siderat Studiosa Iuuentus, id quod ultra sexennium haud contigit, Doctorem fidelissimum, Professore celebratissimum. Imo, quod grauius, in lachrymis diffluit Vidua moestissima, propter obitum mariti amantissimi. Moerent fratres, sorores, cognati, affines, fratrem, cognatum, affinem dilectissimum. Est is, cum viueret, Vir praenobilissimus, consultissimus, amplissimus, excellentissimusque, nunc cheu! desideratissimus, HENRICUS CHRISTIANUS TIELCKE, Phil. & U. J. D. SStae Theolog. Candidat. Eloquent. Profess. Publ. Ducal. Ordinar. qui tamen eloquentia sua nil quicquam aduersus mortem proficere potuit. Id quod certe mirum videri poterat, cum eloquentiae tanta ab Oratoribus tribuatur vis, tanta efficacia, quod possit impellere quo velit, & vnde nolit deducere, & quocunque collibuit flectere. Volunt hi, nihil esse, quod non eloquentiae viribus obtineri, ac persuaderi queat. Gloriantur, quod Auditores ducat captiuos, quocunque libet, quod plena sit virium. At fallant haec omnia in communi generis humani hoste, quem neque eloquentissimus Cicero, neque disertissimus Demosthenes, nec quicquam summorum Oratorum, quicunque, vel qualescunque etiam fuerint, quo voluit impellere, quo noluit deducere, quo collibuit

collibuit, flectere potuit vnquam. Ab hoc eloquentiæ viribus hæcenus obtineri, isque persuaderi haud potuit, vt vitæ parceret. Hic ipse captiuus à nullo mortalium ductus, quocunq; libuit; sed contra hunc hostem summa quoque eloquentia, omnibus plane destituta viribus. Equidem qui hoc exoptant, hoc desiderant animitus, vt instante mortis hora, hostis hic ad alium deduci, propositum ipsius flecti, & vt vitæ finis produceretur, obtineri, vel si quando in petita & desiderata haud consensurus, captiuus duci posset, quocunq; libet, sunt plurimi, imo innumeri: potissimum illi, quibus omnia, quæ carni corruptæ accepta, ex voto cædunt, qui honores quos appetunt, consequuntur, qui opes quibus inhiant, colligunt, qui voluptatibus quibus frui volunt, satiantur: Imo quilibet hominum, natura duce, cui amor sui inditus, permanendi conseruandique se, insita voluntas, atque aspernatio dissolutionis, prout loquitur *Seneca Epist. 82.* Neque Oratorem talem, qui hac virtute præditus, vnquam a latere suo discedere passuri mortales, vel etiam, vt talem sibi compararent eloquentiam, summo labore, indefesso studio adlaboraturi. Nemo tamen horum voti sui hucusque compos factus; sed potius omnes & singuli, qualibet hora, imo momento, quando ex decreto Summi Monarchæ, minister, & executor sententiæ mortem determinantis voluerit, e vita exire tenentur, tenentur pati, vt vnde nolint deducantur. Sunt hæc Christianis notissima, neque de veritate hac dubitare homini, ratione saltem sua vtenti prout poterat, permittunt quotidiana exempla. Interim infrequens, & difficilis est meditatio mortis, imo talis, qualis debebat esse, homini sibi ipsi relicto, citra assistentiam diuinam, impossibilis. Separandæ tamen probe sunt sequentes meditationes: quarum vna, homini esse moriendum: altera, mihi in Indiuiduo, qualibet hora, quolibet momento inenitabiliter mortem instare. Vocarem priorem meditationem in *abstracto*, posteriorem in *concreto*, modo loquendi JCr̄tis facti. Dum enim confitentur mortales, id quod facillimum extra applicationem, homini esse moriendum, *abstractunt* a se ipsis, ac necessitatem mortis in thesi saltem, & applicando eandem, ad genus humanum, aliosque, oculis mentis, breuiore aliquo tempore sistunt, potissimum tunc, quando vel mortuos intuentur, vel alios improuisa plane, inopinata, ac celerrima morte extinctos audiunt, redeuntes statim ad alia huc non spectantia.

ria. Quando autem meditatio hæc concrefcit quali menti noſtræ, hæc ratione, vt mortem tanquam mihi præſentem, imo præſentiſſimam, iamiam memet e vita educturam intuear, & numerem quotidie ſæpiſſimeque horas, & momenta, quibus animæ neceſſario ex habitaculo ſuo abeundum, diſcedendumque: ſi non in eo acquieuero, me poſſe mori, ſed altius aſcendendo, præſens momentum abſque omni vltiore dilatione vltimum futurum, certiffime credidero, & vt tale ſit, ſi DEO ita viſum, optauero, hæc ipſa eſt meditatio mortis, quæ Chriſtiano conuenit, quæ a Chriſtiano vere tali, requiritur, quæ in Chriſtiano ſaltem reperitur. Quisquis hac ratione quotidie moritur, is non moritur, quando moritur. Et ſane beatus, nec lugendus ille, quicumque animum ſuum, vel extra morbi ſtatum, quod rarius, vel diuturniore morbo decumbens, quod frequentius, per verbum reuelatum a Summo Numine ita præparari patitur, vt lætus illam, de qua iam locuti, mortis meditationem, aſſiſtente gratia diuina, inſtituere valeat. Hiſce merito annumerandum ducimus pie defunctum *Chriſtianum* noſtrum, cui hodie paratum eſt funus: quem ipſum mortem quotidie meditatam eſſe tanquam præſentiſſimam, ſic ſatis ſumus perſuaſi, cum morbi ſint præludia mortis, & per plures ſeptimanas lecto affixus fuerit grauiori aliquo morbo, de cuius genere, aliisque connexis plura referet Magnificus Academiæ Rector, vir prænobiliſſimus, excellentiſſimus, expertiſſimus, Dn. Jo. Ernſt. Schaper, Medicin. D. & Profefſ. Publ. Ducal. Ordinar. Facultatis ſuæ Senior, Sereniſſ. Ducis Regnantis Meclenburgici Conſiliarius Aulicus, & Archiater, fautor atque Collega noſter honoratiſſimus: adeoque de pie defuncto deprædicare poſſumus, quod non ſit mortuus, cum mortuus. Vivit enim inter cœlites, viuet quoque memoria ipſius, quamdiu officiorum Academiæ noſtræ, & inprimis Facultati Philoſophicæ fideliffime præſtitorum documenta exiſtabunt. Et quidem factum hinc, quod ex lege gratitudinis decreuerit Ampliſſimus Philoſophorum Ordo, publice quoque eorum beneficiorum teſtari agnitionem, quibus eundem ſibi deuinctiſſimum reddidit. Quamuis enim frequentiffimum ſit, & quotidianum ferme, quod beneficia exhibita quam citiffime obliuioni tradantur, iniuriarum autem læſionumue, vel vere vel putatiue talium, tenaciſſima memoria, cum vindictæ cupiditate coniuncta: attamen prout hoc Chriſtiano indignum, ita illud peſſimi animi indicium eſſe, in val-

gus

gus notum, & decantatissimum est, ingratum dicere idem esse, ac omnia vitia dicere. Quamvis quoque quoad applicationem determinatu difficilius, quisnam pro ingrato habendus, quis nomen hoc mereatur: cum malint improbi tales esse, quam videri, & licet re, atq; vitio ipso haud destituantur, nomen tamen habere maximopere detestent: Videtur tamen subscribendum descriptioni Stoicorum Principis, ingratus est, inquentis, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit. Ingratus est qui dissimulat; ingratus qui non reddit, ingratus omnium, qui oblitus est. Decevit, inquam, Collegium Philosophicum, semet non quidem ex more, sed ex amore, propter singularia benemerita Collegæ quondam sui coniunctissimi, aestimatissimi, me interprete haud negaturum, sed ingenue confessurum beneficia quæ accepit: haud dissimulaturum, eundem defensorem Jurium suorum fuisse strenuum, masculum, de quo loquentur membrana nostræ, quamdiu litera superfuert: Cumque reddere haud possit beneficia, eadem tamen nunquam obliturum, sed ad feros vsque posteros testimonia eorundem luculentissima transmissurum. Et quo eo clarus cuilibet pateat, quanta fide, quanta solertia, quanto conamine Membrum hoc Facultatis Philosophicæ labores suos, consilia sua, vigilias suas, ad totius Corporis Sophici decus, splendorem atque gloriam direxerit, testes huius rei omni exceptione maiores, haud exigui numeri, producemus, dummodo tribus verbis ortum ipsius exposuerimus. Nimirum natus est vir nunc desideratissimus, haud procul a nostra Musarum sede, quæ & antiquitate foundationis, & puritate doctrinæ, & fama Doctorum etiam exteris admirandorum, præ multis aliis excellit, anno seculi præteriti quinquagesimo nono, die Bartholomæi, a Parentibus, & generis nobilitate, & integritate vitæ, & honestate morum, & aliis virtutibus vtrumque Sexum ornantibus, haud parum conspicuis. *Pater* enim ipsius fuit JOHANNES TIELCKE, feudi nobilis, Rederanck dicti, hypothecarius. *Avus Paternus*, JOHANNES TIELCKE, ararii Meclenburgici suo tempore Præfectus, *Avia Paterna*, SARA NETTELBLATTES, Jacobi Nettelblattes, Civis & Ædis Jacobææ quondam Proniforis, ac Sedecemviri filla. *Matrem* vero habuit MARGARETHAM HAHNEN, *Avum Maternum* JOACH. HAHNEN, Ostrogi, feudi Ingermanniæ, hæreditarium, feudorumque Meclenburgicorum Deters & Hanshagen, hypothecarium. *Aviam Maternam*, ELISABETHAM CAMERARIAM,

Henrici Camerarii, U. J. D. & Antecessoris in hac Alma famigeratissimi, vt & Serenissimorum Ducum Lüneburgensium, & Pomeraniæ Con-
 siliarii, filiam. Quænam autem ipsius fuerit vitæ ratio, quænam studi-
 orum incrementa, quænam honorum augmenta, cum prolixius iam
 recensuerit Theologus quondam celeberrimus, A. D. HABICHHORSTI-
 US, in *Rostochio suo Literato*, actum haud agemus, sed quod exorsus est
 laudatus iam Theologus, breuibus pertexemus. Vbi quomodo officio
 suo præfuerit, illudque laudatissime gesserit, loqui possunt & ædes pri-
 uata, illique, qui ibidem audiuerunt ipsum Cursum Philosophicum sa-
 pius absoluentem: & Auditorium maximum, in quo quotannis in natali
 Serenissimi Celsissimique Principis ac Domini, Domini FRIDERI-
 CI WILHELMI Ducis Regnantis Megapolitani, Publico Acade-
 miæ Nomine differuit: & Disputationes habitæ, præter illas quæ in Ro-
 stochio Literato recensitæ, de Majestæte, de Oratoriæ definitione, de
 Duellis: & Membranzæ nostræ, quæ testantur, in quolibet Decanatu
 ipse, vel in Facultatem quempiam receptum, vel summo in Philo-
 sophia gradu ornatum. Sic enim *anno 1694.* vnum Rostochiensem,
 M. Döbelium, Lipsiæ promotum, in Facultatem recepit: vt & *anno*
1696. quatuordecim hic promotos Magistros, M. Petr. Vngern,
 Rostochiensem. M. Vlric. Darjes, Rostoch. M. Petr. Becker, Ro-
 stoch. M. Joh. Joach. Weidner, Rostoch. M. Nicol. Richter, Ge-
 danens. M. Enno. Lamberti, Ost-Fris. M. Joh. Wilhelm. Stricker,
 Gustrouiens. M. Matth. Hartman. Phrygenium, Fürstenberg. Mega-
 pol. M. Daniel. Lothsack, Stetiniens. Pomeran. M. Joh. Bernhard.
 Poetteker, Osabrugg. M. Henr. Ascan. Engelken, Rostochiens. M.
 Francisc. Albert. Epinum, Meclenburg. (quorum tamen hic in ipso
 Promotionis actu haud vltimus, sed in numero 27. Candidatorum,
 decimus nonus fuit) M. Jacob. Schröderum, Anclam. Pomeran. *An-*
no 1698. octo Clarissimis Viris Magisterii honorem publice attribuit,
 Joh. Joachim. Poltzio, Rostochiens. Dieter. Schrödero, Wismari-
 ens. Christoph. Cothen, Rostochiens. Joh. Deckern, Rostochiens.
 Christ. Dieter. Haltermann, Rostochiens. Joach. Stoef, Hamburg.
 Nicol. Lütken, Hamburgens. Gabriel. Martiano, Panormit. Siculo.
 In Facultatem autem recepit d. anno, nominatum iam Gabriel Mar-
 tianum, & M. Just. Schœpfferum, Quedlinburgens. Lipsiæ promo-
 tum. *Anno 1700.* solenni ritu Magistros renunciauit, David. Henr.


Koop-


Keepken, Luneburgens. Garlev. Lüders, Gustrouienf. Frider. Jaster,
Anclamenf. Pomeran. Georg. Frider. Nichenck, Rostochienf. SSta.
Théolog. Baccalaur. Joh. Joan. Phragmentum, Rig. Liuon. Jo. Se-
bastian. Schröder, Gustrouienf. Jo. Philip. Stahl, Hildes. Jo. Chri-
stoph. Sentium, Megapolit. Just. Wessel, Rumpæum, Westphal. Ni-
col. Staphorsium, Hamburgens. Eodem vero anno in Facultatem
recepit M. Carol. Arndium Gustrouienf. reliquosque iamdum nomi-
natos Dominos Magistros omnes, excepto Jo. Philip. Stahlio. *Anno*
1702. Philosophici Doctoratus gradu ornauit, Jo. Albert. Syling, Haf-
nienf. Matth. Henr. Eggerdes, Rostochienf. Joach. Manzeln, Ro-
stochienf. Joh. Carlquist, Suecum. Ludov. Gerhard, Fridland. Me-
gapolit. Joh. Eberh. Vdam, Reual. Liuon. Mart. Wilhelm. Schmidt,
Breg. Silcf. *Anno* 1704. Doctoratum Philosophicum publico ritu con-
tulit, Joachim. Darjes, Rostochienf. Georg. Henr. Haberkorn, Erfor-
diens. Joh. Balthaf. Nichenk, Rostochienf. Joachim. Prüssing, Wa-
ren. Megapol. Joh. Carlberg, Gothoburg. Sueco. Erhard. Sprengel,
Sedin. Pomer. Georg. Nicol. Ockel, Rostochienf. Et ex his
duos in Facultatem recepit, M. Darjes, & Ockel. *Anno* 1706. Ma-
gisterii insignia contulit, Zachar. Becker, Rostochienf. Gustav. Fri-
der. Fechtio, Durlac. Badens. Jacob. Hieron. Lochnero, Wismar.
Martin. Christoph. Weyhero, Berolinenf. Martin. Hegardt, Sueco.
Anno 1708. ipso Decano, & tunc temporis Academiæ Rectore Ma-
gnifico, septem Philosophiæ Candidati a Domino Pro-Decano, Viro
excellētissimo, & plurimum Reuerendo, Domino Jac. Burgmanno,
Græc. Lingu. Prof. Publ. Ordin. celeberrimo, & Ecclesiaste Nicolaitano
vigilantissimo, Collega ac Fautore nostro honoratissimo, æstumatissimo,
Summi in Philosophiâ honores attributi, Hieron. Niper, Lüneburg.
Pastor. & Rector. Renens. Joh. Lind, Wermeland. Sueco. Gustav. Lin-
dau, Megapolens. Ernest. Frider. Kesseling, Regiomont. Boruss. Bar-
tholom. Depkin, Rig. Liuon. Sim. Ambros. Henningio, Rostoch. Henr.
Christian. Schnering, Visselhoved: Verdens. Ex quibus idem Decanus in
Facultatem recepit M. M. M. Lindau, Henningium & Schnering, vna
cum M. Jo. Arndio, Gedanens. hic promoti. *Anno* 1710. Magi-
stros renunciauit Iwar. Hilar. Barfoth, Scan. Suecum. Joh. Nicol.
Quistorpium, Rostoch. Jo. Joach. Tielcken, Rostoch. Jo. Aurelium,
Gotho-


Gorhoburg. Suecum. Christoph. Wilhelm. Stolten, Rostoch. Jo. Ge-
 org. Lugern, Guntzenhus. Franc. Ludov. Schultzen, Gedanens. In Fa-
 cultatem vero recepit modo nominatum M. Stolten. Intueamini iam
 Ciues Academiæ honoratissimi, tot Viros, partim iamdum offi-
 ciis & Academicis, & Ecclesiasticis, & Scholasticis cum laudifun-
 gentes, vel sanctos, partim eadem satis promeritos, & iudicetis, an-
 non decus & incrementum Facultatis Philosophicæ, rariore aliquo, si
 non rarissimo exemplo promouerit pie defunctus. Iudicetis, an-
 non merito luceat Vidua mestissima, CATHARINA DORO-
 THEA GIESENIA, (quæ non minus ac defunctus noster paren-
 tes laudat probitate, & honestate clarentes: & quidem *Patrem*
 CHRISTIANUM GIESE, Consulem quondam Parchimensem me-
 ritissimum, & Assessorem Extraordinarium Curie forensis dexterrim-
 um. *Auum Paternum*, DAUIDEM GIESE, Senatorem Par-
 chimensem. *Auiam Paternam*, DOROTHEAM SCHULTZEN,
 Dni Schultzen, Consulis quondam Parchimensis filiam. *Matrem*
 vero nobilissimam & ornamenti sexus sui honorabilem, ANNAM
 NIEFIND. *Auum Maternum* ANTONIUM NIEFIND, Senato-
 rem Parchimensem. *Auiam Maternam*, CATHARINAM TES-
 SIEN, Mercatoris Parchimensis filiam,) quod haud diutius coru-
 scare valeat radiis maritalibus, quod Coniugium felicissimum, suavis-
 simum, concors, præter spem, & votum breuius saltem fuerit,
 dum vinculum, quod anno 1693. d. 5. Decembr. per benedictionem
 Sacerdotalem colligatum, d. 16. Octobr. a. c. per mortem dissolutum.
 Consoletur eandem efficacissime, is qui vnice solari potest, DEUS
 O. M. Quod autem superest, cum reliquæ pie defuncti, hodie
 tempore fueto, publicis ritibus sint componendæ, vestrum erit Ci-
 ues Academiæ honoratissimi, comitatu frequentissimo testari amo-
 rem, quem idem promeritus, & hoc ipso quoque solamen aliquod
 adferre Lugentibus. Id quod Amplissimæ Facultatis nomine
 humanissimis precibus expeto.

R. P. in Academia Rostochiensi, sub Sigillo Facultatis
 Philosophicæ, d. 26 Octobr. A. O. R.

M. DCC XI.







Ffertur hodie
 mæ Orator public
 us, id quod fere quinq
 spatio haud euenit. La
 animo, Amplissimus Ph
 do, id quod per duode
 nos haud factum, Colle
 mum, æstimatissimum
 de Facultate sua insignit

aderat Studiosa Iuuentus, id quod ultra sexenniu
 Doctorem fidelissimum, Professore celebratissimu
 grauius, in lachrymis diffliuit Vidua moestissima, pri
 riti amantissimi. Mœrent fratres, sorores, cogn
 trem, cognatum, affinem dilectissimum. Est is, e
 prænobilissimus, consultissimus, amplissimus, ex
 nunc cheu! desideratissimus, HENRICUS
 TIELCKE, Phil. & U. J. D. SStæ Theolog. Candida
 fess. Publ. Ducal. Ordinar. qui tamen eloquentia
 aduersus mortem proficere potuit. Id quod certe
 terat, cum eloquentiæ tanta ab Oratoribus tribuatur v
 quod possit impellere quo velit, & vnde nolit dedu
 que collibuit flectere. Volunt hi, nihil esse, quod
 viribus obtineri, ac persuaderi queat. Gloriantur
 res ducat captiuos, quocunq; libet, quod plena si
 fallunt hæc omnia in communi generis humani ho
 eloquentissimus Cicero, neque disertissimus Demof
 quam summorum Oratorum, quicunq; , vel qui
 fuerint, quo voluit impellere, quo noluit


Copyright 4/1999 VxyMaster GmbH www.vxymaster.com

VierFarbSelector Standard - Euroskala Office

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U



collibuit, flectere potuit unquam. Ab hoc eloquentiæ viribus hæc
nus obtineri, isque persuaderi haud potuit, ut vitæ parceret. Hic
ipse captivus à nullo mortalium ductus, quocunque libuit, sed con-
tra hunc hostem summa quoque eloquentia, omnibus plane defi-
tuta viribus. Equidem qui hoc exoptant, hoc desiderant animum,
ut instante mortis hora, hostis hic ad alium deduci, propositum ipsius
flecti, & ut vitæ finis produceretur, obtineri, vel si quando in perita
& desiderata haud consenturus, captivus duci posset, quocunque li-
bet, sunt plurimi, imo innumeri: potissimum illi, quibus omnia,
quæ carni corruptæ accepta, ex voto cedunt, qui honores quos appe-
tunt, consequuntur, qui opes quibus inhiant, colligunt, qui vo-
luptatibus quibus frui volunt, satiantur: Imo quilibet hominum, na-
tura duce, cui amor sui inditus, permanendi conservandique se, infi-
ta voluntas, atque aspernatio dissolutionis, prout loquitur *Seneca Epist.*
82. Neque Oratorem talem hac virtute præditum, unquam a la-
tere suo discedere passum, vel etiam, ut talem sibi compara-
rent eloquentiam, defesso studio adinveniendi, ad labo-
raturum. Neque hucusque compos factus; sed
potius, imo momento, quando ex-
dece- executor sententiæ mortem.
mentur pati, ut unde no-
na, neque de veritate
trout poterat, permit-
difficilis est medita-
sibi ipsi relicto, ei-
en probe sunt fe-
rioriendum: altera,
momento inevitabiliter
ationem in abstracto, poste-
etis facto. Dum enim consiter-
in extra applicationem, homini esse
ipsis, ac necessitatem mortis in thesi sal-
dem, ad genus humanum, aliosque, oculis
mentis, quo tempore sistunt, potissimum tunc, quando vel
mortuos in, vel alios improvise plane, inopinata, ac celerrima
morte extinctos audiunt, redeunt statim ad alia huc non spectan-
tia.



(2